



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Sacrvm Misericordiæ Palativm**

Variis Sacræ-Scriptvræ Locis, Atqve Septem misericordiæ operibus quasi  
peristromatibus exornatum

**Gazaeus, Nicolaus**

**Augustae Trevirorum, 1618**

Quod quandoque magis expedit pauperibus dare quam ecclesias  
exornare. cap. 40.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54477](#)

A decorative horizontal border featuring a repeating pattern of small, dark, diamond-shaped motifs arranged in a grid-like fashion.

QVOD QVANDOQUE  
MAGIS EXPEDIAT PAVPERI-  
BVS DARE, QVAM ECCLE-  
Sias exornare.

CAPVT LX.

**M**irabitur fortassis quispiam, nouum arbitratus quod plus mereri censem eum qui pauperibus subuenit, quam eum qui altaria nuda, aut informes Ecclesias inuestit, attamen hoc nouum non est. Zachaeus namq; exemplum hoc suggerit, qui non se Deo sed pauperibus dimidiū bonorum dare demonstrauit. Veruntamen ne forte imprudentium hominū conscientiam lādere videar, id apertius enucleabo. Videntur enim pleriq; Patres docere, & ad hoc faci-  
*sup. Matth. 26.* endum eorū exempla prouocare. D. Ioannes Chrysostomus eius est opinionis. D. Exuperius Episcopus Tholofanus, sacra vasa in ysum pauperū, & in famelicorū sustentationem confringebat, adeò ut Corp' dominicū in sportula, sanguinem verò in cypho deferre cogeretur. Ambrosius &  
*legenda.* August,

August. in tempore necessitatis confringē. Lib. Grandis  
dos esse calices censem̄ ut pauperū inopīæ tract. de Ele-  
mos. subueniatur. Seraphicus Pater noster Fran-  
ciscus exuendum esse altare Beatæ Virg. Bonau. in vid.  
aiebat ut pauperibus subueniretur. Sed hoc  
intelligendum est. Si enim de opere perse  
sumpto loquamur, excellentius est Deo  
dare, quam homini, cum Dei amor infi-  
nities humanum superare debeat amorem,  
attamen cum Deus nostris nullo modo in-  
digeat, nam bonorum nostrorum non eget, Psal. 15.  
tunc deo placenter offerimus, cum mem-  
bris inopibus damus. Vult enim Deus ut  
proximum amem⁹, & ad eum amorem, si-  
militudo impellit, nam ut inquit Philoso-  
phus omne animal diligit sibi simile. Accep-  
tum deo quidem est quod Ecclesijs offeri-  
mus, verum in necessitatis tempore grati-  
us est & humanum magis, eas Eleemosynas  
pauperibus distribuere. Nam de tempore  
necessitatis intelligenda sunt Sanctorum  
Patrum exēpla Si enim abesset necessitas,  
expediret magis ad augmentum honoris  
Dei, Ecclesijs decorare, quam pauperes va-  
gabundos sustentare. Et de eo tempore in-  
telligēda sunt decreta, quæ sanciunt, ne da-  
ta deo, & in obsequium altissimi consecra-  
ta, in usus communes referantur.

6. Decret. de  
regul. iuris,  
reg. 51.

L 2 Necef-

Matth. 9.

In officio  
festi.

2. quast. 2.

Can: Aurum.

Necessitas autem vrgens est, redemptio captiuorum, fames vniuersalis, sustentatio viduarum & pupillorum, in quibus casibus arridet Deo magis Misericordia quia sacrificium. Ideò in sacro sancta Ecclesia de Laurentio Martyre canitur: Laurentius bonum opus operatus est, qui per signum Crucis cœcos illuminauit, & thesauros Ecclesia dedit pauperibus. Et vt refert D. Ambrosius, & vt habetur in canonibus Ecclesiasticis, Ecclesia thesaurum habet, non vt possideat, sed vt illud indigentibus diuidat. Alioquin dicere posset Dominus; vt quid thesaurum conseruastis? illo non indigebam; quid ni famelicum satiastis? cur captiuum non redemistis? Igitur pauperibus de bonis Ecclesiae subueniendum est.

QVOMODO VIDEN-  
DVM SIT, QVIBVS ELEE-  
MOSYNA CONFE-  
ratur.

## CAPVT XLI.

**Q**Voniam plerumque fit, vt pauperes Eleemosynam recepturi minus iusti-  
sint,